



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**


4. Augusti. Pridie Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

III. AUGUSTI. III

S. BERNARDUS, ser. 53. in Cant.

Is, qui alijs præest in sollicitudine, vix <sup>Superi-</sup>  
 unquam; vel raro, vacat sibi; dum <sup>or aliis</sup>  
 semper timet sui penuriam facere sub- <sup>magis,</sup>  
 ditis: & non placere Deo, quòd com- <sup>quàm</sup>  
 muni utilitati propriam præfert qui- <sup>fibi vi-</sup>  
 etem, & contemplationis dulcedinem. <sup>vit.</sup>



4. Augusti. Pridie Nonas.

B. THOMA Lombardæ: qui in Supe- <sup>Obijt</sup>  
 ratensi Hispaniæ monasterio Ci- <sup>anno</sup>  
 sterciensem cucullam, simulque invi- <sup>1606.</sup>  
 ctum animi robur hæresi aliquando  
 opponendum, induisti. Postquam e-  
 nim satis altas apud te radices virtus <sup>Hæresi</sup>  
 egerat, in natalem Hiberniam rever- <sup>bellum</sup>  
 sus, arrepto Verbi Divini gladio, ex- <sup>indicit.</sup>  
 stirpandis sævientiū errorum zizaniis  
 omnes vires exeruisti. Hauriebat ex  
 imperterrita constantia tua etiam ani-  
 mos populus waterfordiensis: quod <sup>Festum</sup>  
 tunc maximè obstupere malefani de- <sup>Corpor.</sup>  
 fertores, dum in solenniissimo Festo, <sup>Christi</sup>  
 quo per communem pietatis orthodo- <sup>solenne</sup>  
 xæ triumphum sanctissimum Domini <sup>agit.</sup>  
 Corpus adoramus, consuetâ cæremo-  
 niâ per omnia amplissimæ urbis com-  
 pita

112 - ANNI CISTERCIENS.

*Plurimos ad veram fidem reducit.* pita gloriosissimum Pignus circumferbas, nemine contrà hiscere auso. Elisabethà deinde ( Anglicanâ illâ Medeâ ) è vivis raptâ, cives adeò in amorem Catholicæ veritatis accendisti; ut Regi potiùs obedientiam abjurare, vitæ & fortunarum pati jacturam, unanimi consensu decreverint, quàm ab orthodoxæ Ecclesiæ unione discedere.

*Peste moritur.*

Diutiùs in sævam pestem pugnavisses, nisi charitatis fervor, per quem, contempto mortis periculo, lue pestifera laborantibus te impendebas, diem supremum accelerâisset: quam longè antè præcognitam non minore cordis tui lætitiâ, quàm piæ plebis mœrore obiisti.

*Caput mortui incorruptum.*

Apertum post plures inde annos sepulchrum, caput adhuc omnino integrum, & spiranti simile ostendit: idque in sacrario repositum multo fidelium accursu cultum fuit. *Mihi Medea totis viribus insectanda, erit propria voluntas, radix, ut heresis, omnium malorum: utilius sanè bellum non geram.*

*Passus circa annum 1350.*

B. MICHAEL, Martyr insignis sacræ militiæ Cisterciensis de Montessia: qui æstuans desiderio infideles ad dogmata Christianæ legis adducendi, antequam in publicum campum prodires, corpus diuturna afflictatione ad tormentorum patientiam obfirmâsti.

Ingenti

Ingenti deinde animo, sola Christi in Cruce pendentis effigie armatus, cum barbaris deorum simulachris congressus es. At insanire te infani Gentiles *Nec* arbitrati, ut in suos ritus transires, *vo-*minis, luptatum illecebras, nisi consentias, *nec le-*tormenta proposuere. Quæ tamen *o-*nocinjs mnia cum generosè contemneres, in à fide furorem versi te vivum concremarunt. *move-*Idolis suis hanc se victimam litare pu-*tur.* tabant; sed malè: nam neque suâ hec-  
tombe gratius cœlo holocaustum de-  
dissent. *Etiam aliquod martyrij genus* *Cruce*  
*est, Crucem cum Salvatore nostro portare.* *marty-*  
*Tu aufer à me noxiam trepidationem, quâ* *rium*  
*levissimum hoc onus humerî mei formi-*  
*dant, & immissum fortè à Deo, nimis im-*  
*patienter excutiunt.*

S. BERNARDUS, ser. i. in Pasch.

*Neminem audiamus, fratres, non* *Perfe-*  
*carnem & sanguinem, non spiritum* *veran-*  
*quemlibet, descensum à Cruce sua-* *dum in*  
*dentem. Persistamus in cruce, mori-* *cruce,*  
*amur in cruce: deponamur aliorum* *exēplo*  
*manibus, non nostra levitate. Caput* *Christi*  
*nostrum deposuere viri justî, nos ergo*  
*dignatione sua Angeli sancti depo-*  
*nant.*

5. Augusti